



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Liberator meus, de inimicis meis iracu[n]dis, ab insurge[n]tibus in me, A
uiro iniquo eripe me.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Liberator meus, de inimicis meis iracundis, ab insurgetibus in me,
Aut iniquo eripe me.

Videntur hi quatuor uersus ultimi, Epilogus quidam esse eorum, quae toto
palmo dicta sunt, quare satis ex praecedentibus apertus est eorum sensus. Id
quod. Aut iniquo (id est, uiris iniquitatis per synecdochē) dicit, hebreis est,
et hanc illa, id est, iniuria quae lēdit & malū facit proximo, quod satis pro/
priu[m] iniquitatem diceret, nisi alibi uariaret interpres.

Propterea confitebor tibi in nationibus domine:
Et nomini tuo cantabo.

Hanc uersum Paulus Ro. xv. citat, ut diximus, qui & cogit hunc psalmum
de Christo proprie intelligi. Igitur Christus a Iudeis liberatus, iracundis, ho/
stibus, insurgentibus, iniquis, In gentium ecclesia per fidem cognitus laudat,
& cantat nomen domini, hoc est, datis donis spiritus sui, facit nos confiteri &
citate. Pro ipso cōfiteri, & cantare indicat, nos, nō nostris iusticijs, sed gra/
tutis dei beneficijs uiuere & esse in Ecclesia, ut soli fidei & misericordiae dei
gloria maneat.

Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordia Christo suo:
Daud & semini eius usq[ue] in seculum.

Magnae autem sunt salutes, quibus Christum regem suum & christianos Salutes per
Christum.
saluos facit, quia a morte, a peccatis, ab inferno & omnibus malis saluat, & ter-
ram eam sunt ista salutes, uita, iustitia & gloria. Salutes autem corporales, par-
vus, immo nihil sunt, in quo docemur, salutem corporis contemnere, & Chri-
stianum esse, ut magnas salutes, & eternas q[ue] spectemus. Nouo enim testamento
conuenit magnas salutes habere, sicut veteri cōgruebant parvae. Id est quod
dicit: Et faciens misericordiam Christo suo, hic finis uersus medijs. Salutes em-
bellit nullis merentibus, sed solo miserenre deo donatae sunt, Vnde Christum
sum hic intelligit, unicum illum, in quo promissa est misericordia donanda,
cui ob id & factam hic dicit, id est impletam in eo.

Daud & semini eius usq[ue] in seculum, cum sit altera pars uersus, hoc mihi ul-
terius dicere, q[ue] salutes in rege illo & misericordia in Christo domini, sint im-
plete, ut satisficeret Daud & semini eius, cui facta est, pmissio de rege & Chri-
sto dei Iacob, ut.ij. Reg, ultimo dicitur, T orum ergo quod priore parte factum
dicitur in Christo, Daudi & semini eius factum intelligatur in aeternum,
ut Ia. lv. Misericordias Daud fideles dabo uobis, quod Act. xiiij. di-
cit Lucas, Dabo uobis sancta Daud fidelia, hoc est, eternas sa-
lutes & misericordias, Fortiter enim haferunt prophete
in promissionibus dei, & sa[nt]e easdem reperit &
inculant, quin & dilatant & explicat, quod
& omnibus, qui salvi sunt, necessarium est,
cum in his solis sit salus, non in
præceptis aut operibus ullis.

LI ñ Psalmus decimus